e-codices

corpore macerato eorū intercessionem
sedulꝫ implorabat· Tunc demū superna
disponente clementia· recordatꝫ est abie-
ctionis filie sue· eamqꝫ ad se accersire
p̄cepit· que cū accersita venisset· aliquid
mitius erga eā agere volens· tradidit
eā cuidā s̄timoniali que debritamico ter-
ritorio erat· et cōstituit ei cottidie dari
stipendiū vnīꝰ ancille· Ipā autē cū graci-
actione hoc ipm̄ accipiens· ī ipo mōstio
multa p̄mansit tēpora· nichil aliud hn̄s
nisi qꝫ vna ancillarū habere cōsueuit·
Interim autē euenit ut nutrix eius de
hoc s̄clo migraret· ipā autē n̄ immemor
quēadmodū se p̄ruꝰ cū industria magna
nutrierat· terram fodere ad sepeliendū
p̄cepit· et p̄ semetipsam eā terre comen-
dare curauit· Contigit autē post spaciū
fere lxxx annorū ut sepulchrū quo
p̄dicta nutrix sepulta fuerat euacua-
ret̄· ad aliud corpꝰ humandū· Tūc vero
toto corpore putrefacto ac penitꝰ in
puluerem conuerso· sola dextera ma-
milla ita incorrupta et integra inuēta
est· ac si eodem momento a corpore eēt
abscisa· Hoc vō ad cōp̄banda sacre virgi-
nis almitatem factū creditur· qꝫ sagax
illiꝰ nutrix aliquid celeste in ea esse cō-
p̄hendens· de sola dextera mamilla ei
lac p̄buerat· et pomne tēpꝰ lactacōis
eam cōuādatam l̄ineo habebat pallio· Sca
autē virgo eodem stipendio contēta in
mōsterio multo tpe erat· nichil aliud ha-
bens qꝫ nec p̄r eam vocauit· nec ipsa
inuocata eum adire p̄sumpsit· Sed cū
iā sup̄na pietas lucernā suā sup̄ can-
delabrū ponere decreuisset· accidit ut
quadā die farinā in uasculo subt̄ pallio
quo circūamicta erat portanti· pater
in s̄ca septa mōsterij obuiaret· iamqꝫ
rigidā deposita mente p̄ diuinā inspi-
racionē· eam clementer allocutꝰ ē dicēs·
Filia mea carissima· vnde venis· et
quo ire cupis vel quid portas· Ipā vō
subsistens r̄ndit· Parū farine dne ego
fero· ut ex ea aliquid cibi faciam ad
recreandos egenos· Ipē autē noli inquit
cōtristari qꝫ hactenꝰ inopem duxisti
vitam· qꝫ dn̄o annuente in p̄ximo est
ut hoc exuperes· Ac eodem die p̄fatū
mōsteriū cū oībꝫ appendicijs ī manibꝫ
illiꝰ tradidit· obsecrans eam ne vnā-
cū s̄ca congregacione memoriā sui re-
tentādo deū sedulo p̄ suo facinore int̄-
pellaret· Et nō multo post viuēs tpē
diem sortitꝰ est extremū· Ipsa vero

p̄iudiciū plurimorū et reuelationem
statim agnouit qꝫ p̄r eiꝰ in penali loco eēt
p̄pter p̄ccā p̄ quibus in hoc s̄clo morte
se anticipante dignū penitēcie fructū
non fecit· Tunc illa ingenti merore p̄pt̄
interitū sui p̄ris vallata in vigilijs in
ieiunijs in oroībꝫ p̄ eo dn̄m deprecari
studuit· Recolens dn̄m suis dixisse disci-
pulis· Amen dico vobis quicquid orātes
petitis credite quia accipietis et fiet vob·
Cum vō sup̄na pietas famulam suam
de tanto merore consolari vellet· ipsa
orauit in secreto latere illiꝰ motis sup̄
quē mōsteriū situ est· ut se tanto arden-
ciꝰ quanto liberiꝰ p̄ absolucōe sui p̄rs
affligeret· aperto celo tanta lux celitꝰ
missa sup̄ eam ī orōne p̄stratam emi-
cuit· ut quedā pars eiusdem celle ex eode
splendore emicuisset· Vox qꝫ ab eā facta
intonuit· Otilia deo dilecta iā angore
afflictionis a te compesce· qꝫ remissione
p̄ccorū patri tuo a dn̄o impetrasti· et ecce
ab inferno liberatꝰ est in choro patriar-
charū collocandꝰ ab angelis ducit̄· Ipsa
autē hoc audiēs· mox intulit dicēs· Gracias
tibi ago dn̄e qꝫ me indignā non meis
meritis sed tua bonitate exaudire dig-
natꝰ es· Habebat etiā sub cura sui regimi-
nis numerū s̄timonialiū quasi centū
xxx quibꝫ dum s̄ca mater duplici stu-
deret p̄esse doctrina ut quas v̄bis instru-
ebat corroboraret et exemplis· satage-
bat cottidie se in diuinis exercē obseqꝫs·
illud ap̄licū in mēte reuoluēs· ne alijs
p̄dicans ipē rep̄bus inueniar· Erat s̄ca
otilia in orōne cōstans· diuine lectiōi
intenta in locucione moderata· ī abstin-
encia singularis· ita ut p̄ter dies sollem-
nes nichil aliud cibi sumeret n̄ panem
ordeaciū et legumina· In lecto namqꝫ suo
vrsinā pellem habere· et p̄ plumacio ca-
piti suo petrā supponere consueuit· Ista
autē faciendo non laudem requirebat
humanā· sed solā sui redemptoris inspe-
ctionē· Ac iō cū magna occultacōe oīa
faciebat diuina obsequia· recolens illū
dixisse· nesciat sinistra tua quid faciat
dextera tua· et reliqua huic similia· Mo-
nasteriū vō qd̄ venerabilis abbatissa gu-
bernabat sicut p̄libauimꝰ in excelso monte
erat cōstructum· et idcirco n̄ solū debiles
et infirmi· s3 etiā integritatem corporis
habentes cum magna difficultate illuc
ascendebant· Tunc s̄ca dei famula dolēs
eos p̄pter difficultatem itineris rare
ad suū venire cenobiū· cū esset hospita-
litate p̄cipua· conuocauit oēs congregacione

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Kantonsbibliothek, Vadianische Sammlung, VadSlg Ms. 70, f. 111r – Casus Sancti Galli; Vitae sanctorum (http://www.e-codices.ch/fr/vad/0070/111r)